



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XXIII. De nauali expeditione sub paschate paranda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

XXIII.

Cauendum etiam est, vt celerius post paschatis festum naualis expeditio annuo sit parata. Si quis nauem in reipublicæ expeditionem designatam vitiauerit, damnum integre restituito, & pacem regis violatam compensato. Si vero eam ita prorsus corruerit, vt deinceps nihili habeatur, plenam luito iniuriam, & læsam præterea maiestatem.

Nauem eiusmodi corruptentis pœna.

XXIV.

Si quis de profectioe militari, cui rex intererit, sine licentia se subtraxerit, in detrimentum corruat omnium fortunarum.

XXV.

Et si quis qui homicidium perpetraverit occultum vel manifestum, siue etiam periurium, præsumat in regis præsentiam peruenire, priusquam pœnitentiam egerit coram Deo atque sæculo, honore suo & omnibus facultatibus plectitor, nisi in hoc etiam veniam obtinuerit.

XXVI.

Si quis vitæ regis insidiabitur, sui ipsius vitæ dispendio, & quas habet rebus omnibus pœnas luito. Sin negauerit, & purgationem qua licuerit expetierit, solenniori eam faciat iuramento, vel ordalio triplici, iuxta legem Anglorum, & in Danorum lege, prout ipsa statuit.

XXVII.

Si quis Christi legibus siue regis se nefarie opposuerit, capitis plectitor æstimatione, vel mulcta alia pro delicti qualitate. Et si mortem resistendo sui ipsius culpa sibimet induxerit, inultus iaceat.